

Aduertencias para

Sacra eloquia & salutis monita explanare, Ecclesię iejunia ad mortificandam carnem instituta prænunciare & commendare, & quæ faciunt ad pietatem augendam ut dierum festorum deuota, & Religiosa celebratio, admovere populos crebrò obedire Prepositis suis quos qui audiunt, Deum remuneratorem audiēt: qui vero contemnunt Deum ipsum ultro rem sentient: pro his sacrificiū offerre, & bono exemplo pascere: pauperum: aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere: infirmos visitare: eosq; inquirere ad audiendas eorum confessiones, & ubi existunt eō se conferre, ne aliquis sine Sacramento penitentię moriatur: decreta Matrimonij obseruare: nuptias benedicere: librum Matrimonij habere, in quo coniugum, & testium nomina, diemq; & locum contracti Matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat, vt præcipit Concilium Tridentinum Sess. 24. de Reformatione cap. i. librum etiam habere debet in quo tam baptizati quam suscipientium [hoc est patrinos] nomina describat, docere que eos quam cognationem contraxerint baptizantes cum baptizato & eius patre & matre, vt statuit dictū Cōc. Tri. Sess. cit. c. 2. Hob. pitas